



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

40 Clerici pluribus modis bona minus legitimè acquirunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 33 Negotiatio ¶ enim est duplex, licita, & illicita; licite negotiari licet, antequam quis sit ecclesiasticus, sed murato statu laicam in ecclesiasticum negotiari non licet, *cap. fornicari, & cap. ejiciens, 82. dist.*
- 34 ¶ Nam negotiatio ecclesiasticis est interdicta, *cap. decrevit, cap. consequens, cap. Episcopus, cap. perlatum: & cap. negotiatorem, ead. dist.* quia difficile est, inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum, *cap. qualitas, de poenit. dist. 5.* & pluribus modis ecclesiastici illicitè negotiantur.
- 35 Primò, ¶ possessiones conducendo, ut *cap. fin. 87. dist. & d. cap. decrevit.* quia semper intelligitur causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur, *gloss. in eod. cap. decrevit, in ver. conducere est enim cupiditas mater vsurarum, c. virum, 47. dist.*
- 36 Quapropter cupidi ordinari prohibentur; quia tales de facili deviant à vero, *dist. cap. virum, & cap. dilectissimi, 8. quaest. 2.*
- 37 Sed, quando ¶ negotiatio non sit lucri causa, sed, ut necessitati subveniatur, non est clericis prohibita, ex traditis per Abb. *in cap. secundum, num. 1. ne cler. vel mon. & Navar. eod. commen. de spol. cleric. §. 7. num. 5. vers. qua omnia.*
- 38 Secundò, ¶ nec causas criminales, aut civiles secularium suscipere, aut pro illis coram iudicibus secularibus advocare possunt, *d. cap. fin. & gloss. in cap. 1. 15. quaest. 2. cap. 1. & ibi Abb. num. 5. ne cler. vel mon. neg. sec. se immisc. & cap. 1. ext. de postul.*
- 39 Tertio, ¶ nec officium procuratoris exercere, quod ars nuncupatur, *cap. qui Episcopi, in fin. 1. quaest. 3. d. cap. 1.*
- ne cler. vel mon. & gloss. in cap. 1. in ver. artem, eod. tit. in 6. & hæc procedunt regulariter, quò ad lites coram iudicibus secularibus, cessante necessitate, sed coram iudicibus ecclesiasticis possunt omnes advocare, licet, si sunt in sacris, salarium petere non possunt, cap. observandum, & d. gloss. in cap. 1. 15. quaest. 2. & etiam pro te ipso, pro ecclesia, & si necessitas imminet, pro personis conjunctis aut miserabilibus, potest quis advocare, & procurare, cap. 1. & cap. fin. ext. de postul. cap. 1. & ibi Abb. num. 5. ne cler. vel mon.*
- 40 Quarto ¶ acquisita ex artificio, vel servitio per modos ecclesiasticis personis per sacros canones prohibitos, etiam aliter, quam per illegitimam negotiatorem, ut toto tit. *ne cler. vel mon. & de cler. venat. & ex arte medica, & chirurgia, vel alia eis prohibita, atque ex obsequiis indecenter Regibus, Principibus, & aliis secularibus personis contra statuta canonum exhibitis, ut per eundem Navar. eod. commen. de spol. cleric. §. 7. num. 9.*
- 41 Episcopis eum, ¶ ne minus dignè loco cedant, aut Regum ministris, regulis, & Baronibus, personaliter interviant, per sac. concil. Trident. cum antiquorum canonum renovatione fuit expressè interdictum ut c. 17 de reform. sess. 25 & eisdè quidquid pro similibus obsequiis Principum largione acquirunt spolio cedit.
- 42 Sub spolio ¶ etiam cadunt omnes fructus, redditus, & provenus, ac jura, obventiones, & emolumenta quæcunque quomodolibet, & qualitercunque nuncupata omnium, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, & menasteriorum etiam